Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26011
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gum de radice iesse & flore q̃ de radice conscendit. Sicut spe uirtutum descendisse narrantur: ita econtrario uitiorum numerus in diabolo escrat sit.

GENERATIO MALA SIGNV

quirit. & signum non dabit ei. nisi signum ionę. Generatio mala & adultera iudeae. dum signum de celo ostendi sibi infidelis quirit. signum crucis qd solum ad salutem credentib. datum est accipere in fronte ñ merit. illud unq signum de quo scriptum apud esaiam est. Tollite signum in nationes. De quo & apud Ezechiele scriptum manifestissime legimus cum dicit. Transi p medium hierusalem. & da signum in fronte uirorum. q gemunt sup iniquitate plebis meae. Et postea adiecit. hic percute omnem masculum & feminam a minimo usq: ad maiorem eae. & seniori nolite parcere. sup quem inuenerit signum meum dimittite. & a sanctis meis incipite. Si g̃ hoc signum salutare mq solo salus & uita e pharisei & sadducei intelligere aut cognoscere uoluisset. nunquam signum aliud postulassent; accipiunt tamen signum ionę. in q manifeste passionis ac resurrectionis dominicae mysterium demonstratum e. Dicq iam hic in superiori parte non mediocrem dixerim. tamen quia & iam de ione memo facta est. repetere ea quae sunt dicta debemus. ut exercitata repetitione iterata gratiam fidei consequamur. Ionas missus predicare ninniuitis tempestate maris patitur. & filius dei missus a patre ad predicandum generi humano salutem simili exemplo tempestate maris. id e persecutione seli apostolo iudaico sustinuit. Illic uentus contra ionam concitat mare. hic spe in mundo aduersus dnm concitat plebem. Denique sicut nauis illa in q ionas erat orta procella diuersis tempestatib. iactabat. ita & synagoga in q dns erat ad inferendum periculum mortis diuersis immundis spiritib. agitabatur. Sicut ionas in illo periculo securus & dormiebat & sternebat in fo no. ita & dns in illo periculo synagogae p diuinam naturae suae uirtutem securus in passionis suae somno quiescit. Ionas missus in profundum maris. ceto accepit.